

Sammelband von Dina



U. g. 1975

39
ENUNCIATA LEGALIA
DISPUTATIONIS VI.

DE ACTIONI-
BUS EX CONTRACTI-
BUS, ITEMQUE MALEFICIIS
VEL QUASI A NOBIS PENDEN-
tium descendibus:

*Ex 7. 8. 9. lib. 4. Imp. Inst. titulis
& connexis iuris civilis textibus
collecta.*

Q. V. Æ.

PRAESIDE

Nobiliss. Excellentiss. & Consultiss. Viro

Dn. ARNOLDO DE REYGER, IC.
& publico in inclyta Salana Pand. Profes-
sore, propugnare stude-
bit

*MAVRITIVS MULLERVS
Esfeldensis Fr.*

Ad 23. Sextilis, Horâ locoq;
solitis.



IENÆ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO MDCCCXCV.



INTEGERRIMIS VIRTUTE
*multarumq; rerum usu prestantissi-
mis & solertissimis viris*
Dominis

CONRADO ET GVLIELMO
MEINLEIN;

*Fratribus Germanis, inclyta Reipubl. No-
rinbergensis & amplissimi ordinis mercato-
rij civibus ornatissimis, Dominis*
*& fautoribus suis hono-
randis.*

Hoc legalis exercitii monumentum
officiosè dicat & consecrat

Mauritius Mullerus Eisfeldensis
Junior Respond.





Transitio.

Hactenus de actionibus, quæ ex immediatis contractibus & delictis propriis descendunt dictum est; sequuntur nunc adjectivæ conditiones, quæ ex contractibus mediatis & maleficiis à nobis pendentium oriuntur.

T H E S I S I.



ORVM autem nomine, quos jure potestatis vel ministerio devinctos habemus tenemur, quatenus cum iis quid gestum esse dicatur, ex edicto prætoris, qui æquum existimavit, dominum vel parentem ex eorum contractu obligari, ad quos commodum contractus redit & quibus invicem obligatio ad agendum quaritur.

l. i. Inst. per quas pers. obl. acq. & l. Inst. ff. quod cum eo qui in potest est gest. VVes. ad rubr. hui. tit. in comment. Inst. n. 3. & 5. Vult. lib. I. I. R. c. 43. n. 6.

II.

Horum autem mediatorum contractuum modi quidem communes sunt, tam eorum qui in potestate, quam qui in ministerio nostro sunt, ut præpositio; quidam vero eorum tantum, qui dominicæ vel patriæ potestatis iure nobis obstricti sunt, hiq; vel in solidum obligant principalem dominum patremve, vel quadantenus ex quibus, si hic præcedunt, qui proximè ad obligationes actionesq; priorum & immediatorum contractuum accedunt. *VVes. in exeg. h. l. Inst. n. 5. Vult. d. c. 43. n. 7. Althus. lib. I. I. R. c. 58. & seq.*

III.

Actio quod iussu datur in solidum contrahentibus cum filio vel servo, adversus patrem vel dominum ex contractu, iussu & voluntate patris vel domini celebrato, cuius fidem contrahentes secuti sunt.



*§. 1. Inst. hic l. 1. & 2. ff. h. t. l. 19. §. 2. ff. de neg. gest. arg. l. 152
& 169. ff. de R. 1. Myns. ad §. 1. Inst. h. t. n. 4. Cuiac. ad African. 7.*

IV.

Ex contractu verò nostrorum præpositorum datur actio exercitoria & institoria: quarum illa competit ei, qui cum magistro vel pro magistro navis de rebus ad ipsius curam & magistrum pertinentibus, contraxit, adversus exercitorem in id, quod cum magistro navis in eam rem cui præpositus est, contractum est.

§. eadem 2. Inst. h. t. l. 1. §. non autem 1. l. si tamen 4. §. sed si plures 2. ff. eod. Vult. lib. 2. cap. 14. n. 8.

V.

Institoria conditio datur ei, qui cum institore vel quasi in negociatione quaestuarie terrestris contraxit adversus Dominum vel patrem, qui præposuit, ut satisficiat contractui cum institore ex forma præpositionis inito. *d. §. eodem vers. institoria Inst. h. t. l. cuicumq; 5. §. 7. l. sed & 7 & l. pen ff. hic l. 2. & 3. C. eod.*

VI.

Dantur porrò etiam accessoria quædam actiones ex iure potestatis dominicæ patriæve, quando videlicet servi vel filii familias in merce peculiari, sciente vel ignorante domino patreve contrahunt, quæ quadantenus principalem obligant, ut sunt actio tributoria, de peculio, & de in rem verso.

§. introduxit 3. Inst. hic ibidemq; Myns. & Wes. l. 1. §. 3. ff. de trib. act. Althus lib. 1. cap. 49.

VII.

Tributoria actio est, quæ datur creditoribus servi vel filii familias de merce peculiari in qua servus vel filius familias sciente & patiente domino vel patre negociatus est; contra dominum vel patrem, ut contribuat pro rata cuiusque debiti quicquid ex ea merce extat, in quam creditum est filio familias vel servo, vel si inæqualiter divisit, eius inæqualitatis iniquitas corrigatur.

d. §. introduxit l. 1. & tot. tit. ff. de tribut. act. ibidemq; in par. Cuiac. VV. s. in d. §. introduxit nu. 2. Oldendorp. class. 4. act. 6.

Recte

VIII.

Rectè præterea actioni distributoriæ subiungitur actio de peculio, quæ conceditur ei, qui cum filiofamilias vel servo ignorante patre vel domino contraxit, adversus patrem dominumve quatenus est in peculio, ubi tamen prius, id, quod patri familiæve debetur deducitur. *§. actiones 10 §. sunt præterea 36. Inst. de act. §. præterea 4. Inst. h. t. eod. ibiq. VVesemb l. sed si 9. §. peculium 2. cum seq. ff. de pecul. l. 5 3 ff. sol. marr.*

IX.

Atque hæc quidem actio de peculio quandiu servus vel filius in potestate, tandiu perpetuo durat: post mortem verò vel emancipationem filiofamilias manumissionem vel alienationem servi annalis esse incipit. *l. 1. & l. fin. ff. quand. de pecul. act. VVes. in parat. ff. eod.*

X.

Actionis quoque huius de peculio velut adiectio quædam est conditio de in rem verso, quæ competit ei qui cum filio vel servo, vel hodie cum illo, qui in familiaricio alicuius est, non tamen interveniente eius voluntate contraxit adversus patrem dominumve, quatenus in ipsius patrimonium & utilitatem creditum verum est.

d. §. præterea vers. in rem autem. Inst. h. t. Inst. l. 1. l. si res domino 5. §. ult. l. si pro patre 10. ff. de in rem verso. Hotoman. in comment. Inst. hic Vult. d. c. 14.

XI.

Cum verò harum conditionum adiectitiarum magna sit affinitas, eademque sæpè simul concurrant, actor diligenter attendere debet, quamnam harum uti aut ex- periri utilius sit, ut aut solidum, aut secundum peculii æstimationem satisfactionem crediti consequi possit, quod eius discretionis relinquitur.

d. §. præterea & §. ceterum Inst. hoc tit. ibiq. Mynsing. Vult. d. cap. 14 nu. pen. & ult. l. si res 5. §. quod 2. ff. de in rem vers. l. 1. ff. quod cum eo & l. 1. ff. de pecul.

XII.

Hodiè tamen servitute morib. Christianorum sublata, actiones hæ de peculio, tantum in filiisf. & potissimum quidem profectitii peculii respectu frequentantur; adeoq; nec in eos quidem dantur, nec in eorundem parentes, si citra voluntatem & scientiam patris, mutua pecunia, contra prohibitionem S^Cti MACEDONIANI filiisf. est concredita, nisi fortè castrense vel quasi peculium filiusfam. habeat aut in eam rem mutuò pecuniam accipiat, quæ alias patris oneribus pietatis intuitu incumbit, aut si posteaquam accepta est, pater ratum habeat, vel filiusf. ipse post paterf. factus debitum de novo agnoscat. *§. pen. Inst. h. t. ibiq; latiss. VVes. in exeges. Cuius: in not. ad §. illud propriè Inst. hic. l. 1. §. fin. l. 2. & tot. tit. ff. & C. ad S^Ctum Maced VVes in par. ff. h. t. n. 8. & 9. Oldendorp. class. 4. act. 7. Bodin. lib. 1. cap. 5. de Repub. Vult. I. cap. 31.*

XIII.

Nec verò ex contractu duntaxat, sed ex damno & delicto alieno iure dominii interdum obligamur, utpote si vel servus noster noxam alteri dederit vel quadrupes pauperiem fecerit, quæ actiones noxales appellantur, & tanquam adiectitiæ qualitates ad principalem accedunt. *tot. tit. ff. & C. de nox. act. tot. tit. ff. & Ind. si quadrupes Vult. lib. 2. c. 20. n. 5.*

XIV.

Noxalis igitur actio in dominum nescientem vel prohibentem competit, quando ex delicto servi privato civiliter agitur, ut dominus aut noxiam sarciat, aut servum noxæ debet.

In prin. Inst. h. t. l. 2. 3. & 4. §. 2. & l. pen. ff. h. t. l. 4. §. fin. & l. pen. C. eod. Cuius. lib. 21. obs. cap. 4. VVes. in parat. ff. h. t. n. 4. Goed. ad l. 200. ff. de verb. sig.

XV.

Harum autem noxalium actionum aliæ sunt directæ seu civiles, aliæ prætorix: Civiles dicuntur, in quibus in ll. caput de noxa additum est: Prætorix quibus prætor de noxa clausulam adiecit.

§. sunt.

§ Sunt autem Inst. l. 1. h. 2. ff. hic. l. pen. & ult. C. eod. in princ.
Inst. de perpet. & temp. act. Goed. ad l. 200. n. 2.

XVI.

Actio noxalis de quadrupede est actio in personam, per quam, is, cuius quadrupes vel pecus aut etiam utiliter animal, quod pecudum nomine inclusum non est, commota feritate contra communem sui generis naturam, pauperiem fecerit, aut damnum emendare, aut animal noxæ dare cogitur, quæ actio jure domini in omnem successorem transit.

§ appellamus 15. ff. de act. §. ceterum Inst. si quadrupes pauperiem l. 1. l. 4. ff. eod. tit. l. 2. §. ut igitur 2 ff. ad l. Aquil. l. prator 7. hoc edictum 2 vers. cum enim ff. de damno infect. VVes. in parat. ff. h. t. nu. 3. Oldendorp. class. 5. act. 13.

XVII.

Quod si verò reus exceptioni subiugatus neutrum præstiterit & actione in factum ex re iudicata iudicium susceperit; vel si in iudicio interrogatus quadrupedem suam esse negaverit & mendacii convictus fuerit; tunc deditiois beneficio excluditur, & necessitate totam æstimationem solvendi de iure civili astringitur.

l. 1 §. interdum 15. ff. h. t. l. item veniunt 20. §. item rectè 5. ff. de her. pet. Oldendorp. all. loc.

XVIII.

Hodiè quoque novissimis constitutionibus & receptissima consuetudine observatur, ut si fera bestia pauperiem fecerit damni dati qualitas arbitrio iudicantis æstimetur, & animalis dominus ad factæ æstimationis solutionem damnetur.

Art. 30. in crim. constit. Caroli V. VVes. in parat. ff. n. 6.

XIX.

Denique honoraria etiam ex edicto ædilitio descendit actio, qua convenitur dominus si feræ in custodia negligentius asservatæ damnum dederint & datur quidè hæc actio in bonum & æquum, si libero homini nocitum esse dicetur: Cæterarum rerum quanti damnum datum est dupli: interdum tamen quis tam ædilitia quam noxali de pauperie rectè experiri potest.

d. §. ca-

d. G. ceterum Inst. b. t. ibiq, Boich. l. 2. ff. si quadrupes l. qua
vulgo 42. ff. de Aedil. edicto l. 60. ff. de obl. & act.

Corollaria.

I.

Mercaturam amplam, civitatibus utilem, honestam
ac necessariam esse, nec ulli ferè honorum aut or-
dinum dignitati derogare, defendere conabimur.

Bodin. de Repub. lib. 3. cap. 7. nu. 359. gl. in verb. pub. in Cle-
ment. de vita & honest. cler. Alciat. in l. merces. de V. S. & reg. 1.
presumpt. Myns. cent 6. obs. 54. num. 1. cum 4. seqq. & in fin. & no-
viss. Hippolytus à Coll. b. in principe suo c. 30. d. ff. Inst. Lipsius lib. 3.
polit. cap. 6 sub fin. & in notis ad idem caput.

II.

Vtrum Institores seu factores ex contractu tem-
pore præpositionis inito, etiam post finitum illud officii-
um efficaciter conveniri possint, disquiritur; Placet af-
firmativa, nisi se suo etiam nomine obligarint.

Duaren. in comment. ff. cap. 4. de Inst. action. Madaus ad G. 9.
Inst. de act. Ves. in par. ff. ibidem n. 6. l. fin ff. de Inst. act. ibiq, Dd.

III.

An filiusfam. si interposito iuramento, Scto Mace-
doniano renunciaverit, in contractu creditæ pecuniæ ef-
ficaciter obligetur, ardua est quæstio: Negativa rationi
iuris civilis magis convenire videtur.

Arg. l. ult. C. de non numer. pec. & l. 5. & 6 ff. de ll.

F I N I S.



99 A 6904

ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L





ENUNCIATA LEGALIA
DISPUTATIONIS VI.

DE ACTIONI-
BUS EX CONTRACTI-
BUS, ITEMQUE MALEFICIIS
VEL QUASI A NOBIS PENDEN-
tium descendentes:


*Ex 7. 8. 9. lib. 4. Imp. Inst. titulis
& connexis iuris civilis textibus
collecta.*

Q. V. Æ
PRAESIDE

Nobiliss. Excellentiss. & Consultiss. Viro
Dn. ARNOLDO DE REYGER, IC.
& publico in inclyta Salana Pand. Profes-
sore, propugnare stude-
bit

MAVRITIVS MVLLERVS
Esfeldensis Fr.

Ad 23. Sextilis, Horâ locoq;
solitis.


I E N Æ
TYPIS TOBIAE STEINMANNI.
ANNO MDCCCXCV.

